2


PLACOTOMI
CARMEN
IN NATO
PRINCIPIS
CHRISTIANI
1577

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 304 [35,-193 4°]




Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 304 [35,-193 4°]


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 304 [35,-193 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 304 [35,-193 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 304 [35,-193 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 304 [35,-193 4°]

35,-193-4°
DA BOX
(LN bis 304)
BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 304 [35,-193 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 304 [35,-193 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 304 [35,-193 4°]

CARMEN GRATVLATORIVM
AD SERENISSIMVM ET INVICTISSIMVM PRINCIPEM AC DOMINVM, D. FRIDERICVM II. D. G. DANIAE NORVEGIAE, GOTHORVM ET VANDAlorum Regem, Ducem in Schleſwik, Holſatia, Stormar, Ditmaria: Comitem in Oldenburg & Delmenhorſt: Heroem omni virtutum laude illuſtriſsimum

DE NATO FILIO REGNI HÆREDE.

Scriptum à
IOANNE PLACOTOMO
DANTISCANO.

ROSTOCHII
EX OFFICINA IACOBI LVCII TRANSYLVANI.
Anno M. D. LXXVII.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 304 [35,-193 4°]

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 304 [35,-193 4°]

CARMEN GRATVLATORIVM

AD SERENISSIMVM ET INVICTISSIMVM PRINCIPEM AC DOMINVM, D. FRIDERICVM II. D. G. DANIAE, NORVEGIAE, GOTHORVM ET VANDALOrum Regem, Ducem in Schleſwik, Holſatia, Stormar, Ditmaria: Comitem in Oldenburg & Delmenhorſt: Heroem omni virtutum gloria illuſtriſsimum.

DE NATO FILIO REGNI HÆREDE.

SAlue, cura Dei, Rex INVICTISSIME ſalue,
Qui ſeptem ditione tenes tua regna Trionem,
Te precor Omnipotens ſeruet, te protegat opto.
Huius in orbe vices iuſti præſente Monarchæ
Officiumq́; gerunt moderando legibus æquis.
Ipſe etiam celſos Reges, opulentaq́; Regna
Conſtituit, ſummaq́; in ſede locauit honorum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 304 [35,-193 4°]

Conſpicuè poſitos aliis reuerenter habendos:
Ipſe pios Reges victricibus induit armis.
Ac velut illuſtrat radiis ſol igneus aſtra:
Nauibus aut veluti rutilantes Regia flammas
Dat puppis ſignoq; rates moderatur euntes:
Sic ſunt virtutum iuſti memorabile Reges
Exemplar, quod ceu ſpeculum viuamq; figuram
Authori rerum placuit proponere mundo.
Nec minus ille Deus prohibet ne ſtemmata Regum
Magnanimûm generoſa cadant: vt & ordine Reges
Per centum, ſimiles largitus patribus annos
Præſtanti populos Boreales Marte regentes
(Fortes CImmerios, DANOS, HEnetosq; Getasq;)
Quos vehet æternùm geſtarum gloria rerum.
Quantus erat Princeps, decus admirabile plagæ
Arctoæ, à CHRiſti qui nomine nomen habebat?
Rex iuſtus, toto ſapientia cuius in orbe CHRI.
Nota fuit, cælo cuius ſe fama ferebat. STIA.
Non illo melior princeps vllo extitit æuo, NVS
Syncer æ quiſquam nec Relligionis amator III.
Maior erat: qui plura Scholis qui præmia Templis
Sacrorum ad cultus deuota mente dicârit.
Et quod magnificum celebris decus Hafnia iactat
Illius

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 304 [35,-193 4°]

Illius eſt Reſtauratum bonitate LYCEVM.
Nec magis hoc quiſquam placideqꝫ pieqꝫ reliquit
Vitales auras (quanquam inculpata peregit
Tempora in hoc mundo) Naturæ debita ſoluens.
Eſt quoqꝫ clarus Auus quem nomine & indole celſa
Exprimis, illius repetendo fortia facta:
Pacificus, pietatis amans qui ſemina veræ FRIDERICVS I.
Doctrinæ primus ſpargi curauit in oris
Danorum: (Quæ quæſo pio? quæ dona rependes
Munere pro tanto gratiſsima DANIA Regi?)
Iuſticiæ cultor fideiqꝫ acerrimus almæ:
Impiger, armipotens, conſtans & ſtrennuus Heros:
Et DEVS auſpicio ſine cuius inania vota,
Iuuerat illius præſenti numine curſus.
Tuqꝫ parente bono qui filius optimus ortus FRIDERICVS II.
Talis (aui ſpecimen) Rex es Friderice, precantur
Viuere te Pylii longæuos Neſtoris annos:
Vt tibi qui parent æterna pace fruantur:
Te tutorem hodie meritoqꝫ ECCLESIA fortem,
Fautoremqꝫ SCHolæ largum, te Aſtræa patronum,
Clementem dicunt te ſubdita turba parentem.
Nec ſpectata ſemel tantum eſt tua bellica virtus,
DITMARSchi genus acre virûm ſenſêre ſuperbi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 304 [35,-193 4°]

Subdita colla iugo dantes: Inuictus in armis
SVECIA teſtis erit quàm ſis, fortiſsime princeps,
Et quorum Moſcho tellus vicina, LIVONI.
Quare etiam Gentes peregrinæ Vrbesq́; potentes
Optauère tuo ſeſe ſubmittere ſceptro.
Imo ſubiectos decoras virtutibus amplis
Maxime Rex, fului generoſo nobilis auri
Gemma nitore incluſa velut commendat honorem.
Ergo erat HOC ſemper tota quod mente petebant
Soluendo pia vota Deo; quibus ille benignas
Propitius Regnis clementer præbuit aures,
Splendida magnanimæ Danorum pectora gentis.
Eſt tibi, ſitq́; diu proles modò nata ſuperſtes
Maſcula, quam Coniunx Henetûm illuſtriſsima ſtirpe
Orta tibi peperit, faceret cum læta beatum
Progenie referente oculis atq; ore Parentem:
Quare de Regni nunc nato Hærede futuro
Gratulor exili quamuis tenuiq́; Camœna,
Carminibus dignus fateor melioribus eſſes,
Vt bonus es Princeps tædis fœlicibus auctus
Non tamen exiguum, non aſpernabere munus.
Nec mihi Meonidis, nec ſi mihi plectra Maronis
Aut ſi Naſonis foret, aut ſi vena Tibulli:

Suffi-

Sufficerem noua quæ concepit gaudia fari
DANIA, quæ nulli Regno bonitate ſecunda eſt:
Diues equûm pecorumq́ʒ: omnis quibus indiget vſus
Communis vitæ generis ſat rebus abundans:
Diſsita Regna procul paſcit, paſcuntur & vrbes
Hinc Sociæ, tecum quibus inuiolabile fœdus.
Geſtit & Aula frequens vt conſtat vbiqʒ locorum,
Eximiis pietate viris, & dogmate puro:
Sunt quoqʒ Conſilio ſapiente fideq́ʒ probati
Quos ſatis exornat facundæ gratia linguæ.
Sunt etiam celebres ſæui certamine Martis:
Præterea quæ monſtret habet decora inclyta Regni,
Naturæ abſtruſas gnaros inquirere vires,
Aſtrorum & ſtudiis, Boreas ſua lumina, claros.
Vtqʒ roſæ decori, vel candida lilia campis
Vt ſyluas abies, vt flumina populus ornat.
Sic magnis ſtipata viris tua regia fulget:
Quæ nunc læticia ſumma perfuſa triumphat.
Hos autem numeros quos do, tua fronte ſerena
Et clemente legat MAIESTAS REGIA vultu.
Sic tuus in laudes Natus ſuccreſcat auitas
Magnanimum Patrem ſummis virtutibus æquans:
Et populis det iura ſuis, teneatq́ʒ paterna

Tradi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 304 [35,-193 4°]

Tradita ſceptra manu: felix Aquilonis habenas
Tractet: in antiquam virtutem animumq́; virilem
Patris inoblita res geſtas mente reuoluens
Altius exemplo & Proauorum laude feratur.
Adiiciatq́; ſuis externas finibus oras
Regnorum vt metas peregrinum terminet Aſtrum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 304 [35,-193 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 304 [35,-193 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 304 [35,-193 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 304 [35,-193 4°]